



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 43. Epistola ad Abbatem Dalmatium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

ricos, & ipsis Nestorii depositionem, pri-
ori die pronuntiatam, notam fecit; hor-
tatur, ut omnia Bona Ecclesiæ diligenter
custodiant, de iis rationem reddituri fu-
turo Episcopo Constantinopolitano, qui,
ut dicit Epistola, secundum Dei volunta-
tem, & Piissimorum Imperatorum nostro-
rum, ordinabitur.

Sæculum V.
A.C. 431.

§. XLIII.

Epistola ad Abbatem Dalmatium.

Eodem tempore S. Cyrillus scripsit ad
Abbatem Dalmatium, cæterosque,
qui res ejus Constantinopoli procurabant,
nempe Episcopos Macarium, & Potamonem,
ex illis duos, quos Concilium Ægypti
anno superiore ad Nestorium miserat,
nam alii duo Theopemptus, & Daniel,
Ephesi erant. Duo etiam Presbyteri S.
Cyrilli Timotheus, & Eulogius ibi mora-
bantur. Igitur Epistola ad hos quinque
Episcopum Macarium, & Potamonem,
Abbatem Dalmatium, atque Timotheum,
& Eulogium Presbyteros, data est. Dal-
matius Abbas inter cæteros Monachos
Constantinopoli Sanctitatis fama emine-
bat. Is sub Theodosio Magno militiam
secutus, secundæ Prætorianorum cohorti
adscriptus merebatur, in illo quoque vi-
tæ genere pietatis amantissimus. Ut per-
fectius Deo serviret, relicta uxore, &
cæteris liberis, cum filio Fausto ad Abba-
tem

ibid.

Menolog.
3. Aug.

Sæculum V. A.C. 431. tem Isaacum venit, atque eo Duce Insti-
tutum Monasticum amplexus est. Isaac,

Sup. XVII. puero in deserto habitans, omni virtutum
S. 37. genere splendebat; is fuit, qui Valenti-
Imperatori mortem prædixit. Hoc igitur
Magistro Dalmatius ad tantum Perfectionis
gradum pervenit, ut eum Isaac ex hac vita
decedens, Hegumenum, id est, Monasterii
Superiorem, constitueret sub Patriarcha Attico.
Ipsam, per dies quadraginta nihil cibi sump-
sisse, & toto illo tempore in extasin raptum, ferunt.
Ad eum Imperator non nunquam invise-
re, nec minori veneratione eum Senatibus

Conc. Eph. colebat. Ei, & Successoribus ejus, Ab-
P. 752. batibus ejusdem Monasterii, collatus est
titulus: *Archimandrita*, id est, omnium
Monasteriorum Constantinopoli Caput, quo
titulo ipsum S. Cyrillus in sua Epistola
honorat. Ecclesia Græca omnium trium,
Isaaci, Dalmatii, & Fausti memoriam e-
dem die, nempe tertia Augusti, colit.

In hac epistola S. Cyrillus Dalmatium,
aliosque omnium eorum, quæ in Conci-
lio acta erant, certiores reddit; memo-
rat quæsitam Joannis Antiocheni cuncta-
tionem, Nestorii contumaciam, & De-
positionem, & finit in hunc modum:

Act. I. p. *Quia Comes Candidianus, ut compertum*
563. *habeo, quædam acta retulit, invigilate, &*
notum facite, Acta Depositionis Nestorii
necdum exacte exscribi potuisse, hinc Rela-

ta, Imperatori tradenda, non misimus, sed, Deo dante, Relatio nostra Actis jungetur, si modo licentia nobis fiat, quemquam, qui ea perferat, mittendi; si Relatio, & Acta diutius tardentur, scitote, hujus rei nullam aliam esse causam, quam quod non inamur ea mittere. Valet!

Sæculum V.
A.C. 431.

Acta postmodum Constantinopolim perlata fuerunt, verosimiliter per manus Episcoporum Theopempti, & Danielis, quos Constantinopoli fuisse legimus, & Comitis Irenæi diligentiam prævertisse.

Conc. Eph.
p. 700. 717.

§. XLIV.

Nestorii Relata ad Imperatorem.

Prima post Sessionem Concilii die, nempe die Martis 23. Junii Comes Candidianus Ephesi Edictum promulgavit, quo contra ea, quæ præcedente die acta fuerant, protestatur, iterumque omnes Episcopos monet, adventum Joannis Antiocheni, aliorum Episcoporum venientium expectarent. Simul Relata ad aulam Cæsaream misit, sive ea ipsius Nestorii, vel illis conformia fuerint. Habemus hæc Relata Nestorii, ad Imperatorem directæ, in hunc modum: *Cum Pietas Tua nos Ephesum convocasset, sublata omni mora, illuc nos contulimus, & juxta tua mandata, Episcopos undique advenientes expectare volebamus, sed quia id displicebat Ægyptiis, suspicantibus, nos ex composito*

Baluz. Synod. c. 11.

Conc. Eph.
p. 503.

moras